Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



68

ipm: si filius dei es. descende
de cruce. Similiter principes sac
dotum illudentes cum scribis et se
nioribus dicebant. Alios saluos
fecit: seipsum non potest saluum facere
si rex israel est: descendat nunc de
cruce et credimus ei. Confidit in
deo: liberet nunc eum si vult. Di
cit enim quia dei filius sum. Idcirco
autem et latrones qui crucifixi
erant cum eo improperabant ei.
Exacta autem hora reuelare facie s
suam vmbratam eum: usque ad
horam nonam. Et cum hora
nonam: exclamauit ihs vo
ce magna dicens. Heli:
Heli. lemasabachani: Hoc
est. Deus meus: deus meus.
ut quid dereliquisti me: Q
dam autem illic stantes et audi
entes dicebant. Helyam no
cat iste. Et continuo currens
vnus ex eis: accepta spon
gia implenit aceto et im
posuit harundini: et dabat
ei bibere. Ceteri uero dicebant
sine: videamus an veniat he
lyas liberans eum. Ihs autem
iterum clamans voce magna
emisit spiritum. Et ecce velum
templi scissum est in duas p
tes a summo usque deorsum: et
terra mota est et petre scisse sunt:
et monumenta aperta sunt: et mul
ta corpora sanctorum qui dormierant
surrexerunt. Et exeuntes de mo
numentis post resurrectionem
eius: venerunt in ciuitatem
sanctam: et apparuerunt multis.
Centurio autem et qui cum eo erant
custodientes: iesum et omnia
et his que fiebant timuerunt
valde dicentes. Vere dei filius
erat iste. Erant autem ibi mu
lieres multe alonge: que
secute erant ihsum a galilea
ministrantes ei. Inter quas maria
magdalene: et maria ia
cobi et ioseph mater: et mater filio
rum zebedei. Cum autem sero esset
factum: venit quidam ho diues
ab arimathia nomine ioseph.
qui et discipulus erat ihsu. Hic
accessit ad pylatum: et petiit
corpus ihsu. Tunc pylatus iussit
reddi corpus. Et accepto
corpore: ioseph inuolutum illo
in sindone munda: et posuit il
lud in monumento suo nouo
quod excauerat in petra. et adiouol
uit saxum magnum ad ostium
monumenti et abiit. Erant autem
ibi maria magdalene et al
tera maria: sedentes contra

84